



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Prima Conclusio. Certißimum est, huiusmodi illusiones, & nocturnas in domibus vexationes non fieri à bonis spiritibus, quos non angelos vocamus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

mentis dubitare potest, nisi velit sensus & Doctissimorum virorum auctoritatem contemnere, vt ex sequentibus clarum euadet.

Prima Conclusio. Certissimum est, huiusmodi illusiones, & nocturnas in domibus vexationes non fieri à bonis spiritibus, quos nos angelos vocamus.

QVONIAM hi sunt deputati in hominum salutem & custodiam, & non ad illusionem & deceptionem: & indignum est beatis spiritibus, tam vilibus & nugatorijs operibus vacare.

Secunda Conclusio. Ab animabus purgatorij & damnatis non fiunt huiusmodi delusiones & vexationes.

QVIA, vt ex dictis manifestum est, non possunt exire, nisi ex speciali DEI permissione, & ad aliquem finem bonum.

Tertia Conclusio. Huiusmodi illusiones & nocturni tumultus quandoque possunt fieri magorum, aut Maleficorum opera.

PROBATVR ex illa regula Theologorum Quæcunq; possunt Dæmones, possunt etiam magi & malefici eorum opera. At Dæmones posse huiusmodi tumultus excitare, nemo dubitat, & infra latius patebit. Ad idem faci
quod